



Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem,
ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

8. Eadem asseritur ex Divi Augustini errore quem ante Episcopatum cum Massiliensibus tenuit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13650

Eadem asseritur ex Divi Augustini errore, quem ante
Episcopatum cum Massiliensibus tenuit.

CAPVT OCTAVVM.

SED quod internam illam gratiam sine qua creatura rationalis nihil profus boni potest, Massilienses etiam ad credendum, petendum, & querendum admiserint, ex iplo Augustino quoque non difficile demonstrari potest. Nam taterur aliquoties, se ante susceptum Episcopatum in eodem profus errore quo Massilienses esse versatum existimando fidem & orationem non esse donum Dei donatum scilicet per gratiam Dei nisi quia praeceperat praeconium veritatis. *Et autem predicato nobis Evangelio consentimus, nostrum esse per peccatum & nobis esse sentiat.* Ex quo errore, cum ad Episcopum Simplicianum initio scilicet Episcopatus suscepti scriberet, sese Deo revelante revocatum & Scripturae testimonio convictum esse testatur. Proinde cum istam suam opinionem nonnullis opusculis ante Episcopatum suum scriptis satis indicari fateatur, scripta profecto ante Episcopatum nobis consulenda sunt, ut liquet, si heri potest, ipsius testificatione sciamus utrum tunc omnem internam Dei gratiam non solum qua credere & orare homini datur a Deo, sed etiam qua ita dumtaxat Deus adjuvat ut homo credere possit & orare si velit, a fide & oratione secluserit.

Et primo quidem occurrit liber questionum octoginta trium, quem a primo tempore suae conversionis se dictasse, & cum Episcopus esset in unum volumen colligi iussit testatur. In huius libri a sexagesima octava quaestione eodem modo de fide auferit, ut in expositione quarundam propositionum Epistolae ad Romanos, quam quia peiperam in ea de fide & oratione locutus fuerat, ipsemet accurata oratione retractat. Nam quod in hoc libro ex illo errore dixerat nostrum esse credere & velle, item: vocantem sequi (hoc est credere) esse iam in libero arbitrio gratiam Dei ad solam gratuitam vocationem revocando, quia velle non possimus nisi vocemur: quemadmodum & Massilienses loqui solent, hoc in illa citata quaestione dicit, *illos qui veniunt venire non posse nisi vocentur.* Et ut vocati veniant, hoc est crederent, esse in libera voluntate. Et tamen in eadem ipsa quaestione agnoscit, Deum non solum extrinsecus admonendo, sed etiam intrinsecus vocando ipsum velle operari. Quoniam, inquit, nec velle quisquam potest, nisi admonitus & vocatus, sive INTRINSECUS VBI NULLVS HOMINVM VIDET, sive extrinsecus per sermonem sonantem aut per aliqua signa v sibi illa efficitur ut etiam ipsum velle Deus operetur in nobis. Ecce nec internam vocationem a fide Augustinus in illo errore constitutus excludit, ut ita Deus, per internam gratiam in ipso corde ubi nullus hominum

videt, ipsum velle operetur in nobis; Non quidem ita ut nolentibus ipsum velle tribuat, hoc enim Christianae gratiae proprium est, sed ita ut si homo cor suum ad volendum & sequendum inclinaverit, non sine Deo vires voluntatis adjuvante velit & credendo sequatur.

Nec minus perspicue istud adiutorium Dei asserit in libro de quantitate animae, qui Roma statim a baptismo scriptus est. *Hac autem* inquit *actione* (qua reformamur ad imaginem Dei) nihil mihi videtur operosius & nihil ei cessatius similis, neque tamen eum suscipere aut implere animus potest nisi eo ipso adjuvante cur reddatur. Ecce nec suscipere reformationem animi quisquam potest, quod prima credendi voluntate conflat fieri, nisi adjuvante Deo non propter ignorantiam quae scientiae illustratione pellitur, sed propter difficultatem quae conatibus animi pertinacissime reluctatur. Ignorantia quippe & difficultas semper Augustino sunt duo distincta naturae impedimenta, quorum illud ad intellectum hoc ad voluntatem pertinet, illud Deo illuminante, istud gratiam infundente removetur. *Ut ex libris de libero arbitrio ante Episcopatum scriptis & alijs nonnullis locis patet.* Quamquam istam difficultatem non tantam esse Massilienses cum Augustino vulerint, ut non possit homo saltem velle seu credere, petere, querere, pulsare, Deo non quidem dante voluntatem sed tantummodo adjuvante. Quid enim aliud significat id quod etiam constanter ante baptismum sentit ac docuit, quando in libro de vita beata dixit? *Admonitio autem quaedam quae nobis seum agit ut Deum recordemur ut eum queramus, ut enim pulso omni fastidio stramus de ipso ad nos fonte veritatis emanat. Hoc interioribus luminibus nostris ubi sol ille secretus insudat.* Nonne perspicue docet & ipsum recordari adeoque querere *Leum*, quod nostrum esse ante Episcopatum credidit, fonte veritatis simul intus infundente, & ut supra loquitur, iam Deo adjuvante produci? Neque quisquam scrupulum moveat quod de luminibus jubare ac sole mentionem facit, quasi cum intellectu solo negotium istud ageretur. Frequentissimum enim adeoque familiare Augustino est charitatem ipsam appellare *luminosam* ac *lumen* animi. Neque enim aliunde sapientia quae verum est lumen animi quam ex illa luminosa charitate confurgit. Vnde de Lucifero Calaritano: *In tenebris cecidit schismatis, amisso lumine charitatis.* Quod sexcentis exemplis facile declarari potest. Et revera nihil anima peccatrice tenebrosius. Vnde & Apostolus de iustificatis per charitatem: *Fuisti aliquando tenebrae nunc autem lux in*

Lib. de predest. SS. c. 3. & 4. lib. 1. retr. c. 23.

Ibid. c. 4.

Ibid. c. 3.

Lib. 1. Retract. c. 26.

Lib. 1. Retract. c. 23.

Propos. 60. & 62.

Ibid.

Lib. de

lib. de

Ex libris

lib. de

lib. de

lib. de

lib. de

lib. de

lib. de

lib. de

lib. de

lib. de

lib. de

lib. de

lib. de

lib. de

lib. de

lib. de

lib. de

lib. de

lux in Domino. Quid item illa, quæ recentissimo illo adiutorio provocatus quod in sua conversione senserat, ex intimis visceribus

Lib. 1. Soliloq. c. 1.

inclamat Deo: Deus qui nos convertis. Item: si fide te invenimus qui ad te refugimus fidem de; si virtute, virtutem; si scientia, scientiam. Item: Omnis recte quæsitum quem tu recte querere fecisti. Nonne ut minimum hoc significat ipsum converti, credere, & querere Deum non sine ipsius adiutorio fieri? Neque ita tantum ut aures tantum exteriori admonitione pulsantur, sed ita, ut sine huiusmodi adiutorio non sit in hominis potestate credere. Hoc enim in

Lib. 2. Soliloq. c. 1.

eodem opere expresse profitetur: *Credamus sane Deum assuturum. Credamus sane, si vel hoc in potestate nostra est. Potestas nostra ipse est. Quid manifestius? ipsum credere ita in hominis potestate ponit, hoc est ita nostrum esse testatur, ut tamen non à nobis nisi Deo simul potestatem nostram adjuvante proferatur.* Cujus divini adiutorij necessitatem si ab Augustino non modo ante susceptas Infulas sed etiam catechumeno quæres, confidenter tibi rationem illam redderet quam coram Deo orando profudit: *Deus Pater noster qui ut oramus horarius, qui & hoc quod rogaris præstat: hoc est, qui & ipsum rogaris seu orare in nobis efficit. Siquidem cum te rogamus melius vivimus melioresque sumus.* Nonne prorsus id ipsum est quod de gratia etiam primo homini ad perseverandum necessaria, de cuiusmodi gratia tota nostra quaestio est, jam senex dixit? *Nec ipsum ergo Deus esse voluit sine sua gratia quam reliquit in eius libero arbitrio, quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit; ad bonum autem nihil est, nisi adjuvetur ab omnipotenti bono.* Quid enim est aliud Deum præstare debere, quod rogetur, quia cum rogamus melius vivimus & meliores sumus, nisi hoc ipsum, quia liberum arbitrium ad bonum nihil est nisi adjuvetur ab omnipotenti bono.

Lib. 1. c. 6.

Lib. 1. c. 6.

Cujus sententiæ in mobili veritate cum necessitatem actualis internique adiutorij, quo primus homo liberissimus & integerrimus esset adjuvandus astruxerit, eadem profecto multo magis idem auxilium homini peccatis debilitato etiam ad rogandum Deum alleruisse credendus est. Adque eo fidentius de Augustino æstimari convenit, quod non solum in isto libro de correptione & gratia Catholicam illam regulam fixerit, quod ad bonum nihil sumus nisi adjuvemur ab omnipotenti bono, sed quod nunquam in ista doctrina fluctaverit, sed eam, ubi occasio postulat per suos libros passim sparserit. Unus nobis qui instat omnium esse potest, sufficere locus: *Ad peccandum, inquit, non adjuvamur à Deo, iusta autem agere, vel iustitiam præceptum omni ex parte implere non possumus nisi adjuvemur à Deo.* Et ne solum lapsis hominibus hoc adiutorium necessarium crederes, audi cætera: *Sicut enim corporis oculus non adjuvatur à luce ut ab eadem luce clausus aperisusque discedat, ut autem videat, adjuvatur ab ea, neque hoc omnino nisi illa adjuverit potest: Ita Deus qui lux est hominis interioris adjuvat nostra mentis obtutum ut non secundum nostram sed secundum eius*

Lib. 2. de peccatis & remissionibus. c. 5.

iusitiam boni aliquid operemur. Et mox, ut in primis etiam conversionis actibus hoc intelligas fieri: *Cover, os ergo, inquit, Deus adjuvat, averfos deserit: sed etiam ut convertamur ipse adjuvat, quod certe oculus corporis lux ipsa non præstat.* Luce quippe sanos oculos acjuvante vicemus, si volumus, non ipsa efficit, ut videre velimus, vel re ipsa videamus.

Ex quibus sanè detegitur prima infirmitatis illius radix, ex qua nihil prorsus ad bonum sine auxilio gratiæ liberum arbitrium potest quantacunque tandem virium integritate gaudeat & sanitate vegetetur, non enim in ulla vel ignorantia, vel concupiscentia, vel alio quorumcunque peccatorum vulnere sed in naturali creaturæ rationalis conditione fundatur. Ex qua fit ut quemadmodum oculus quantumcunque sanus nihil penitus ad cernendum valet, si subtrahatur lucis auxilium, ita mens rationalis, quantumcunque integra & sana ad nullum omnino vel minimum opus bonum se protendere potest, nisi divina gratia roboratur. Hæc etenim causa est cur toties illam lucis comparationem adhibeat, sine qua neque sanissimos oculos quicquam ad cernendum valere confirmat. Hæc causa cur neque primos homines nullo peccati vulnere debilitatos, neque ipsos Angelos bonam voluntatem, hoc est ipsum bene velle, quod ad bene vivendum primum exordium est, nisi operante adiutorio creatoris vel habere vel servare potuisse testatur. Quod ut sciremus ex naturali creaturæ rationalis infirmitate proficisci, rationem reddit omnibus prorsus creaturis etiam integerrimis generalem, quia non potuerunt Angeli se ipsos

Lib. de cor. rep. & grat. c. 10. & 11. late lib. 1. de cant. c. 9. & alibi.

facere meliores quam eos ille fecerat, quoniam melius quicquam facit. Ex quo necessarium esse concludit ut bona voluntas Angelorum, qua scilicet non ad se, sed ad Deum ipsum converterentur in ipsis Dei adiutorio operante producta sit, quia constat Angelum si sine bona voluntate creatus sit, fieri ipsa bona voluntate meliorem. Nonne ipsissimum istud est, quod, ut retulimus, catechumenus coram Deo professus fuerat, & hoc quod rogaris præstat: *siquidem cum te rogamus melius vivimus melioresque sumus, quam scilicet sumus quâdo necesse rogamus te? Quæ sanè ratio ad omnem petitionem, orationem, pulsationem, ad omnem actum fidei bonæque voluntatis divina gratiæ adiutorio vindicandam easdem prorsus vires habet, quippe cum petimus, oramus, pulsamus; melius vivimus melioresque sumus, ad bonum autem voluntas nihil est, nisi adjuvetur ab omnipotenti bono.*

Ex qua sanè principiorum Augustini ac doctrinæ consonantia perspicuum esse puto, semper eum & bonæ voluntatis nutum, & in bona voluntate perseverantiam adiutorio divinæ gratiæ tribuisse non modo quando senex cum Pelagiana peste confixit, sed etiam quando Presbyter & Catechumenus in eodem quo Massilienfes errore versabatur. Absit enim ut unquam tantus Doctor lapsum hominem tot tantisque infirmitatibus circumdatum, tot vulneribus mortuum, stante homine ipsi-

Ex lib. 1. c. 11. Lib. 1. c. 11. & 12. Lib. 6. m. Lib. 1. c. 11.

in fine.

17. 501

que Angelis integerrima sanitate fruētibus
fortiorem esse deliraverit, ut quod istos sine
divino adiutorio nullo modo efficere potuisse
profitetur, hoc suis solis viribus illum præ-
stare posse iudicaverit. Omnino semper ad
omnem omnino bonam voluntatem qua Deo
creditur, Deus rogatur, sanitas petitur, gra-
tiam Dei & adiutorium factus est, non modo
Adamo & Angelis, sed maxime infirmis ho-
minibus esse necessariam. Sed ut supra dixi-
mus & sæpius repetendum est, aliud sanorum
aliud ægrorum adiutorium est. Illud sine quo
non creditur, aut rogatur Deus; hoc est quo
creditur & rogatur Deus, quia ipsam creden-
di rogandique voluntatem inspirat ac donat.
In hoc ergo proprie Massiliensium & Augu-
stini error situs fuit, quod Angelorum San-
ctorum & stantis hominis adiutorium, in quo

intelligendo & admittendo nulla penitus ipsi
difficultas fuit, etiam lapsis hominibus hæte-
nus sufficere voluerint, ut quia non penitus
esset depravata vel extincta natura, cum illo co-
dem auxilio perdurante quo antea in Adamo
cuncta poterant, possent etiam nunc lapsi, fra-
cti & ægri saltem credere & à sua infirmitate
velle sanari: Nec opus esse, ut per illam aliam
gratiam ægrotis propriam quam Christus at-
tulit ipsa credendi voluntas donaretur, seu ut etiam
dicunt, donaretur ut vellet, reiectis ab illo dono
alijs pariter reijs. Talem enim gratiam volunt
non ad initium Lonæ voluntatis seu ad creden-
dum, sed tantum ad operandum esse ne-
cessariam, quia aliquid integritatis in natura
remanerit, propter quam cum illo Adami &
Angelorum adiutorio si vellet crederet, non
autem, si vellet, posset operari.

Massilienses non fuisse ex professo hostes gratiæ; neque causam
ullam habuisse cur talem gratiam rejicerent: Quod per
eam omnes eorum difficultates facillimè sol-
verentur. Expenditur arrogans vox
cujusdam recentioris.

CAPVT NONVM.

DENIQUE si suis momentis res ista
rota ponderetur, nulla idonea causa
proferri poterit, cur istud indifferētis
gratiæ genus Massiliensibus displicere
potuisset. Non enim hostiles gerobant animos
adversus gratiam quando primum Augustino
& ejus defensoribus Hilario & Prospero relu-
ctati sunt, sed solis difficultatibus territi tor-
montra ex Augustini opinione pullulantia
salva gratia & Ecclesiæ pace suffocare volue-
runt. Idem quippe Massiliensibus, quod San-
cto Hieronymo alijsque antiquioribus & ipsi
Augustino contigit, qui, quamvis Deigra-
tiam velut vitâ tuâ cariorem adversus hostes
gratiæ magno ardore defenderent, ut in Hie-
ronymo perspicuè patet, in eundem tamen
errorem fallente rei obscuritate prolapsi sunt.
Nam & ipsum Hilarium isdem difficultatibus
aliquando turbatum fuisse satis Prosper indi-
cat quando de illo dicit: Nam unum eorum, qui
scilicet caligine istius opinionis obscuraban-
tur, præcipua autoritatis, & spiritalium studio-
rum Virum Sanctum Hilarium Arelatensem Epi, co-
pium sciat beatitudo tua admiratorem sciat, remque
in alijs omnibus tuæ esse doctrinæ: & de hoc quod in-
quer: lam tradit, iam pridem apud Sanctitatem tuam
sensum suum per litteras volebat conferre. Quamvis
re postea attentius considerata in suis litteris
August. se consentire fateatur. Hinc est quod
idem Prosper sententiam illam Massiliensium
non nisi a caliginem opinionis & b persuasione ob-
scuro vocat. Et sola uberiori gratiæ decla-
ratione credit & sperat eos de faciatissimum lumen
gratiæ recepturos. Hinc est, quod eos claros &

egregios in omni virtute in studio viros nuncupat.
Hinc est quod eos Augustinus deputat non ut
alienos sed a nostros; non ut Hæreticos, sed
b Tristes, & c Pelagianum nobiscum deinde
errorem; sed ut eisdem inimicos gra-
tia, sed ut d caligantes tantummodo in Sancto-
rum prædestinatione patat esse tractandos. Hinc
est, quod quamvis adversus Augustini do-
ctrinam luctantur, eamque præcedentibus
Patribus & Ecclesiastico sensui contrariam
esse sentiant, sola tamen Pontificis Celestini
declaratione compressi sint. Hinc est, quod
postmodum illos Augustini libros non rece-
perint quos non cum cæteris ab Apostolica
Sede probatos esse credebant. Hinc est, quod
quamvis Prosper vulnus ad sectionem perventurum
minaretur, si h. b. u. r. t. perseverantem tumorem,
Massilienses tamen per nullam Ecclesiæ san-
ctionem à fraterna societate divisi fuerint, cū
etiam teste Prospero adhuc sub Sixto Papa in
Ecclesiastica communione persisterent. Hinc
est quod eorum plerique, ut Severus atque
Callianus quos perperam olim sensisse certum
est post Celestini declarationem emendati
sunt; & ille ipse Massiliensium antesignanus
ad hostes Ecclesiæ retundendus, quorum er-
roribus consanguineis ante propinquasse vi-
debatur, Leonis autoritate adhibitus, cum ma-
gna Pelagianorum detestatione strenuè labo-
ravit, & paulò post, ut multi volunt, non
sine sanctitatis opinione defunctus est. Quæ
sanè omnia manifesto argumento sunt, non
eos ex professo, quamvis errarent, indixisse
bellum vel gratiæ vel Ecclesiæ; sed salva
omni-

In fine Ep. ad Aug.

In fine Epist. b Inisio.

In Epist. Massiliensium.

In fine.

In fine.

In fine lib. cont. Coll.

In fine. Cass. advers. Nestor. scrip. h. 7. libri.